



Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

Calceus in hoc ritu adhibitus in signum privari levirum omni jure, quod in
viduam habebat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

320 De CALCEIS HEBRÆOR.

putabimus sequenti capite. Pariter hinc factum conjicio, ut illi, qui nuptias uxoris fratris demortui recusabat, calceus à vidua extraheretur, in signum eum privari omni jure, quod in eam ex lege Dei habebat. In qua ceremonia hoc ad ignominiam pertinere puto, ut ipse non solveret atque exueret calceum, sed vidua fratris, cum in translatione dominii, ubi aberat omnis infamia, qui jus suum alteri tradebat, calceum suum ipse exueret.

V. Circa hunc ritum lapsus est
Bald. loc. Benedictus Balduinus : *Qui frat-*
ris viduam, inquit, ducere recusa-
bat, primum sui calcei corrigiam sol-
vebat, quo nimurum ostenderet, se jure
cedere calcandi fundum five posses-
nem, quam cum vidua erat aditus.
Deinde mulier ultionis demortui gratia,
calceum recusantis auferebat, ut sic
eum infamem denotaret. Ubi illud
omnino falsum est fratrem ipsum
primum sui calcei corrigiam solvere,
cum vidua & solveret & extrahe-
ret calceum, illud vero perperam
dictum, hoc ab eo factum, ut
ostenderet se jure cedere calcandi fun-
dum

Bald. loc.
cit,